

152 imp.¹ Caesar divi Aug. | f. Aug. cos. II, | trib. potest. XVI, | imp. VII², pont. max. — | M. II.³

Olim in oppido Santa Cara in Hispania, miliarius viae ex Hispania in Aquitaniam ducentis (II 4905 servarunt schedae Farnesiae Muratorii). — Titulus positus a 45, ante extremum mensem Iunium (propter trib. pot. XVI), sed post d. 10 Mart., quo Tiberius pontifex maximus creatus est (infra N. 454; fasti Praenestini, C. I p. 514). — 1) Tib. correxit Huebner; sed cf. N. 451. — 2) Imperator septimum Tiberius appellatus esse videtur vivo etiam cum Augusto, imperator octavum non ante annum p. Chr. 20 (testibus nummis quibusdam cisis Lugduni; in titulo tamen X 7226 a. p. Chr. 18/9 est imp. VIII; cf. Mommsen mon. Anc. p. 47); in hoc numero, reperiri solito inde ab a. 21 (cf. supra N. 413), permansit. — 3) milia passuum duo.

153 Q. Coelius L. f. pr., | aed. pl. Cer., | pro pr. ex s. c., q., | ex voto suscepto | pro incolumitate | Ti. Caesaris divi Aug. f. | Augusti | pontific. maxim., | Concordiae d. d. | [A]uri p. XXV¹.

Romae rep. in foro in eruderanda aede Concordiae (VI 91). Titulus positus ut videtur anno p. C. 46, cum ob detecta nefaria consilia Scribonii Libonis (fast. Amit. [C. IX 4192] 15. Sept.) dona Iovi Marti Concordiae senatus censuisset (Tac. a. 2, 52). — 1) Auri pondo XXV.

154 Ti. Caesare tert. Germanico Caesare iter. cos.¹, | Cn. Acceio Cn. f. Arn(iensi) Rufo Lutatio, T. Petillio P. f. Qui(rina) Ii vir(is), | decreta: |

Aediculam et statuás hás, hostiam dedicationi. Victimae natali Aug. VIII k. Octobr. duæ, quae p(er)p(etuo) | inmolari adsueta[e] sunt ad aram, 5 quae numini Augusto dedic(ata) est, VIII et VIII k. Octobr.² | inmolentur; item natali Ti. Caesaris perpetue acturi decuriones | et populus cenarent, — quam impensam Q. Cascell[i]o Labeone | in perpetuo pollicenti, ut gratiae agerentur munificentiae eius — eoque | natali ut quotannis vitulus inmolaretur. |

10

Et ut natalibus Augusti et Ti. Caesarum, prius quam ad vescendum | decuriones irent, thure et vino genii eorum ad epulandum ara | numinis Augusti invitarentur. |

Ara(m) numini Augusto pecunia nostra faciendam curavimus; ludos | ex idibus Augustis diebus sex p(ecunia) n(ostra) faciendo curavimus. | 15 Natali Augustae mulsum et crustulum mulieribus vicanis ad | Bonam deam pecunia nostra dedimus. |

Item dedicatione statuarum Caesarum et Augustae mulsum et crustula | pecunia nostra decurionib. et populo dedimus, perpetuoque eius die | dedicationis daturo[s] nos testati sumus, quem diem quo frequentior quod|- 20 annis sit, servabimus VI idus Martias, qua die | Ti. Caesar pontif. maximus felicissime est creatus.

Prope Bracciana, ubi fuit Forum Clodii Etruriae, rep., nunc Florentiae (XI 5503). — 1) A. 48. — 2) Cf. supra N. 412 not. 4.